

se opposuit Claud. Campenius Animadvers. natural. in Arist. & Galen. adject. ad Com. ej. in Aph. Hippocr. ed. 8. Lugduni anno 1576. III. Numerus communiter ab Arithmetiis distinguitur in Numerum strictè dictum ut 3. Fractum, ut $\frac{2}{3}$, Surdum ut: Rad. 3. id est numerum qui in se ductus efficit 3, qualis in rerum natura non est, sed analogia intelligitur, & denominatum, quem alii vocant figuratum, v. g. quadratum, cubicum, pronicum. Ex horum commixtione efficit Hier. Cardanus Pract. Arith. c. 2. species mixtas 11. Sunt igitur in Universum Complexiones 15. nempe: Iniones 4. quas diximus, combinationes 6. Numerus & Fractus, v. g. $\frac{1}{2}$ aut $1\frac{1}{2}$, Numerus & Surdus v. g. 7. $\sqrt[3]{R. 3}$, Numerus & Denominatus v. g. 3 \dagger cub. de A., Fractus & Surdus $\frac{1}{2} \dagger R. 3$ Fractus & Denominatus v. g. $\frac{1}{2}$ \circ cub. de A. Surdus & Denominatus, v. g. cub. de 7. Combinationes 4. Numerus & Fractus, & Surdus, Numerus & Fractus & Denominatus, Numerus & Surdus & Denominatus, Fractus & Surdus & Denominatus. Combinationis 1. Numerus & Fractus & Surdus & Denominatus. Loco vocis: Numerus, commodius substituetur vox: Integer. Jam

16 4. 6. 4. \dagger 1. f. 15. IV. Registrum Germanicè ein Zug dicitur in Organis Pnevumaticis anfula quædam cujus aperturâ variatur sonus non quidem in se melodiæ aut elevationis intuitu; sed ratione canalibus ut modo tremebundus modo sibilans, &c. efficiatur. Talia recentiorum industria detecta sunt ultra 30. Sunt igitur in organo aliquo tantum 12. simplicia, ajo fore in universum quasi 4095. tot enim sunt 12. rerum Complexiones simpliciter per tab. N. grandis organistis, dum modò plura, modò pauciora; modò, hæc modò, hæc modò illa, simul aperit, variandi materia. V. Th. Hobbes Element. de Corpore p. I. c. 5. Res quarum dantur Termini in propositionem ingredientibus, seu suo stylo, Nominata, quorum dantur nomina, dividit in Corpora (id est substantias, ipsi enim omnis substantia corpus) Accidentia, Phantasmata, & Nomina. Et sic nomina esse vel Corporum, v. g. Homo, vel Accidentium, v. g. omnia abstracta, rationalitas, motus; vel Phantasmatum, quò refert spatium, Tempus omnes Qualitates sensibiles